



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis**

**Dietrich <von Engelsheim>**

**Münster, [1893-1897]**

85. Citacio emissa contra dominum Coloniensem per episcopum  
Ebroicensem cum sua execucione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

Sic dominum officialem Coloniensem, prepositos beati Severini Coloniensem et Florini Confluenciensem ad se fecerant evocari, causam istam assumendo et, in quantum valuerunt, inducendo, ut dominus Coloniensis a dicta incorporatione resiliret et se cum suo capitulo et ecclesia complanaret et non ibi, sed in partibus, ubi de cause initio constaret, de illa tractaretur. Quod ipsius domini Coloniensis procuratores renuerunt et dixerunt, talia non fore in eorum potestate, quod potestas eorum limitata, sed eorum bonam intencionem suo domino libentissime vellent intimare; quod tunc rescriberetur, de illo ipsi bene contenti essent, sed prorogacionem causarum sustinere non auderent. Sic tunc erat processum ad aliquos iudiciales actus, ut in registro desuper confecto poterit reperiri. Tunc dominus officialis domini Coloniensis dominus Albertus de Varentorpe valde seriose causam domini defensabat dicens, sibi valde seriose hoc esse per dominum Coloniensem commissum.

Mit Weglassung der Formalien im Auszuge wiedergegeben; verglichen mit einer gleichalterigen Abschrift im Kgl. Staatsarchive Münster, Fürstenthum Paderborn Nr. 1520<sup>23</sup>, Stück 2.

Martialis, Dei et apostolice sedis gracia episcopus 85.  
 Ebroycensis, iudex et commissarius cause et partibus 1434  
 infrascriptis a sacrosancta generali synodo Basiliensi 15. Junii.  
 specialiter deputatus, universis . . . abbatibus, prioribus,  
 prepositis, decanis, archidiaconis, . . . notariis et tabelli-  
 onibus publicis, per civitatem et dyocesim Coloniensem . . .  
 constitutis . . . salutem. . . . Noveritis, quod nuper  
 synodus ipsa duas . . . supplicationum cedulas per  
 certum eius cursorem successive presentari fecit, quarum  
 prime tenor sequitur et est talis. Exponitur sacrosancte



Basiliensi synodo . . . pro parte . . . prepositi, decani et capituli ecclesie Paderbornensis, . . . quod, licet venerabilis cathedralis Paderbornensis ecclesia . . . (Hier folgt die fast wörtliche Wiedergabe der Eingabe Nr. 65.) In fine vero dicte . . . supplicationis . . . scripta erant de alterius manus litera . . . hec verba videlicet: De consilio et assensu quatuor venerabilium deputacionum audiant domini episcopi Laudensis,<sup>1)</sup> Aurelianensis,<sup>2)</sup> Gebencensis<sup>3)</sup> et Ebroycensis<sup>4)</sup>, citent, ut petitur, et in aliis provideant et procedant sic et prout de iure et iusticiam faciant.

Alterius vero commissionis tenor sequitur et est talis. Reverendissimi patres et domini! Nuper hec sacrosancta generalis Basiliensis synodus . . . ad instantiam . . . prepositi, decani et capituli ecclesie Paderbornensis . . . causam . . . inter ipsos exponentes ex una et . . . Theodericum, archiepiscopum altera ex parte . . . dominis Aurelianensi, Laudensi, Gebenensi et Ebroycensi episcopis in hoc sacro concilio residentibus, deempto domino episcopo Laudensi, altero iudicum predictorum, qui, antequam sibi huiusmodi commissio presentaretur, se a loco huius sacri concilii absentavit, . . . commisit audiendam decidendam et fine debito terminandam. . . . Cum autem . . . grave, nimis sumptuosum et onerosum foret, processum in huiusmodi causa . . . coram omnibus iudicibus predictis hinc inde dispersis facere et continuare, ut . . . finis celerior huiusmodi cause imponatur, . . . dignentur Dominationes vestre, committere et mandare uni ex tribus dominis episcopis, . . . si placet domino episcopo Ebroycensi, . . . quatenus ipse . . . solus et in solidum ad omnium et singulorum termi-

<sup>1)</sup> von Lodi in der Lombardei. <sup>2)</sup> von Orleans. <sup>3)</sup> wahrscheinlich von Genf. (Gebenna.) <sup>4)</sup> von Evreux.



norum observacionem . . . usque ad sentenciam diffinitivam exclusive procedat, prout id sacra deputatio fidei . . . concessit. . . . Que quidem commissio sic signata extitit: De mandato sacre generalis congregacionis Basiliensis audiat idem dominus episcopus Ebroicensis, servet terminos usque ad sentenciam exclusive, ut petitur.

Post cuius quidem commissionis . . . receptionem . . . fuimus pro parte . . . prepositi, decani et capituli ecclesie Padeburnensis . . . requisiti, quatenus ipsis citationem legitimam . . . contra et adversus . . . dominum T(theodericum) archiepiscopum . . . decernere et concedere dignaremur.

Nos igitur Marcialis episcopus, iudex et commissarius prefatus . . . auctoritate dicte sacre synodi qua fungimur nobis in hac parte commissa vos omnes et singulos supradictos . . . requirimus et monemus, . . . quatenus infra sex dierum spacium post presentacionem seu notificacionem presentis . . . prefatum dominum Theodericum, archiepiscopum . . . omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes ex parte dicte synodi . . . peremptorie citare curetis. . . . Quos nos eciam et eorum quemlibet . . . sic citamus, quatenus vicesima quinta die post citacionem, . . . si iuridica fuerit, et nos vel alter forsan interim loco nostri surrogandus iudex . . . ad iura reddendum pro tribunali sederimus, . . . alioquin proxima die iuridica . . . qua nos Basilee in domo habitacionis nostre hora vesperarum consueta ad iura reddendum pro tribunali sedere contigerit, compareant in iudicio legitimo coram nobis . . . per se, vel . . . procuratores . . . sufficienter instructos cum omnibus et singulis actis, . . . dominis preposito, decano et capitulo ecclesie Paderbornensis . . . de et super omnibus . . . in dictis commissionibus contentis de iustitia responsuri ac . . . ad omnes . . . actus . . .



usque ad sententiam diffinitivam processuri et procedi visuri; . . . certificantes nihilominus eosdem citatos, . . . quod sive in dicto termino . . . comparere curaverint, sive non, nos nichilominus . . . ad premissa omnia, . . . prout iuris fuerit, procedemus . . . dictorum citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante. Et insuper attendentes, quod causa . . . coram nobis in dicta synodo indecisa pendente nichil sit per quemcunque . . . innovandum seu attemptandum, idcirco vobis omnibus . . . mandamus, quatenus post legitimam citationem . . . universis . . . officialibus, iudicibus, commissariis, delegatis, . . . ordinariis . . . quacunque auctoritate fungentibus et presertim domino Theoderico, archiepiscopo . . . inhibeatis, . . . ne . . . in causa huiusmodi in vilipendium litispencie et iurisdictionis nostre, ymmo verius dicte synodi contemptum dictorumque dominorum prepositi, decani et capituli . . . preiudicium quidquam . . . attemptare vel innovare presumant. . . . Diem vero citacionis et inhibicionis . . . et quidquam in premissis feceritis, nobis per vestras patentes literas . . . fideliter intimare curetis. . . . In quorum . . . fidem . . . presentes nostras literas . . . publicari mandavimus nostrique sigilli . . . fecimus appensione communiti. Datum et actum Basilee in domo habitacionis nostre sub anno . . . millesimo quadringentesimo tricesimo quarto, indictione duodecima, die vero Martis, quinta decima mensis Junii, . . . presentibus . . . Johanne Fourger, presbytero et Bartolomeo Symonis, clerico, Ebroycensis et Parisiensis dyocesium testibus. . . .

Et Ego Christianus Jucker, clericus Leodyensis . . . publicus necnon . . . curie Leodyensis notarius reverendique . . . Martialis episcopi . . . scriba . . . hoc presens publicum instrumentum . . . confeci ect. . . .



## Copia executionis suprascripte.

In nomine Domini amen. Anno . . . MCCCCXXXIII 1434  
 . . . die tredecima mensis Augusti, hora primarum . . . 13. Aug.  
 in presencia . . . Alberti Bickesteyn et Henrici Loff,  
 laicorum Coloniensis et Paderbornensis dyocesium, testium  
 ad hoc vocatorum, . . . ego Lambertus Spunder, clericus  
 Mindensis dyocesis, . . . notarius, pro parte . . . capituli  
 ecclesie Paderbornensis . . . requisitus, presens man-  
 datum contra . . . dominum Theodericum, archiepis-  
 copum . . . in valvis . . . ecclesie maioris Coloniensis  
 infra missarum solempnia de verbo ad verbum legi et  
 publicavi et in valvis . . . unacum copia . . . affixi . . .  
 dictumque dominum . . . citavi. . . Insuper . . . die . . .  
 XVI mensis Augusti hora primarum . . . in presencia . . .  
 Arnoldi Brandis, Manegoldi, rectoris parochialis ecclesie  
 in Ostlangen, Henrici Allenhusen, Bernhardi de Bilveldia  
 et Gherhardi Quakeruge, clericorum Paderbornensis  
 dyocesis, testium ad hoc vocatorum . . . ego Lambertus  
 predictus . . . ecclesiam cathedralem Paderbornensem  
 accessi et in eius valvis . . . citacionis mandatum . . .  
 affixi predictumque dominum Theodericum, archiepis-  
 copum citavi . . . copiamque stare permisi. . .

Copia commende ad vitam sub forma, qua specialiter dirigitur  
 domino archiepiscopo Moguntino.

Johannes, episcopus, servus servorum Dei, venerabili 86.  
 fratri, archiepiscopo Moguntino salutem et apostolicam 1415  
 benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame, 13. April.  
 si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate  
 preditas, divine propitiationis intuitu opportuni favoris  
 et presidii gracia persequaris. Hieran schließt sich wörtlich  
 der Text aus Nr. 23 von der Stelle an „Dudum si quidem  
 Wilhelmo“ — mit Ausnahme der Abweichungen in der  
 Stolte, Liber dissencionum.